

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Ipocrisis ar  
cum uariis

Ypocrisis subtile malum, secretum uirus, uenenum latens, uirtutum fucus, tynea sanctitatis. Ypocrisis secura simulat, prospera fallit, curiosa mentitur, et crudeli arte uirtutes truncat mucrone uirtutum; ieiunium ieiunio perimit, oracione oracionem uacuat, misericordiam miseracione prosternit. Ypocrisis cognata feбри, frigido poculo propinat ardorem. Quod corporibus est ydropis, hoc ypocrisis animabus; hoc est, ydropis bibendo sitit, ypocrisis inebriata est siti.

Petrus Rauennas in sermone.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

cognata] cognita (*cor. supra lin.*) B; ardorem] ardore P V<sup>1</sup>; est] enim P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; hoc ypocrisis animabus hoc est ydropis *om.* (*cor. in marg.*) B